



V, 82.

2.417a



AN CARYA RE  
CURIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. V  
VT. AD  
AVDIENDOS. BENEVOLE  
D. XXV. SEPTEMB. CCCCLIII.  
H. L. Q. C  
IN. ILLVSTRI. CVRIANO  
TRES. EIVS. CIVES  
AD. TOTIDEM. STVDIORVM. GENERA  
QVAE. VVLGO. POTIORA  
IN. ACADEMIAS  
BONA. PACE. ABITVROS  
CVRIAEC. PROCERES. CIVES. Q  
RITE. INVITET  
EIVSDEM. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS  
A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

---

CVRIAEC. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP

Intersectio II.  
QVIBVS HERMVNDVRI SVEVI?

## Index dictorum.

- |                                   |                                |
|-----------------------------------|--------------------------------|
| §. I. A. CCLXXXIII. VOPISCO.      | §. VI. A. ccccviii. PROSPERO,  |
| §. II. Circa A. cccccxx. AETHICO. | IDATIO, ISIDORO, SOZO-         |
| §. III. A. CCLVI. MARCELLINO.     | MENO, OROSIO, GREGORIO         |
| §. III. Circa A. CCCLXXX. THEO-   | TYRONENSI, MARIANA.            |
| DOSIANAE TABVLAE.                 |                                |
| §. V. A. ccccvvi. ZOSIMO, ORO-    | §. VII. A. CCCCLIII. IORNANDI, |
| SIO, SOZOMENO et IOANNI           | WALAFRIDO STRABO et            |
| MAGNO.                            | MARTINO POLONO.                |
|                                   | §. VIII. Quibus svavi?         |

## §. I.

Sic strata via ingredere iter, qua te ducunt. Praefultator est VOPISCVS, qui 1.) tibi in Aurelianii triumpho anno CCLXXXIII. 2.) religatis manibus eum praecessisse capiuos indicat Gotbos, Alanos, Roxolanos, Sarmatas, Francos, Sueuos, Vandulos, Germanos. In Sueuis autem agnoscunt Hermunduros Cluuerius 3.) et Spenerus. 4.)

## §. II.

Circa annum cccxxxx, 1.) ad eosdem te ducet AETHICVS. 2.) Is praeit his: Oceanus occidentalis habet gentes, Gotbos, Thuringos, Herulos, Marcomannos, Langobardos, Sueuos, Francos, Alemannos. Olim enim et Gotbos, et Thuringos, 3.) et Herulos et Marcomannos et Langobardos censitos fuisse vnius Sueucae gentes, monet Cluuerius, 4.) a quibus tamen AETHICVS distinguit Sueuos, vt Her-

1.) In Aureliano Cap. XXXIII.  
2.) Ni fallit calculus, quem posuit Pagi Critic. in Annal. Baron. An. CCLXXXIII. §. 8. Sane eum secutus est Illustrissimus Comes de Bunau in Hist. Teut. Caef. et Imper. P.I. Lib. II. p. 389.

3.) German. Antiqu. Lib. III. Cap. XXVIII. p. 609.

4.) Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. S. II. p. 121, in nota subiuncta,

§. II. 1.) Quo tempore Aethicum floruisse, scribit Fabricius Biblioth. Lat. Vet. Lib. I. Cap. X. §. V.

2.) Κοσμογενφία.

3.) Quos quidem Abelius et Falkensteinius pro ipsis Hermunduris habent, quod Capite sequente Sect. I. excutetur.

4.) German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. p. 609.

Hermunduros Sueorum praecipuos 5.) indicaret. 6.) Discernit autem adhuc AETHICVS Sueos et Alemanno perinde ac Procopius paullo infra 7.) adducendus, manifesto indicio, Alemanno ab istis priscis Sueis plane esse distinctos, 8.) quibus cum tamen vulgus scriptorum 9.) sequoris aetatis turpiter confudit. 10.) Et quo iure lornandes post ea 11.) scribere potuisset, Sueis iumentos fuisse Alemanno, si eadem gens?

## §. III.

De veris Sueis, id est, de Hermunduris Raetiac vicinis Marcellinum, diligenter alias curiosumque Romanarum rerum narrare, profructus nihil memorare, credit Cluverius, 1.) quia eriam tum quieti ac Romanis fidi vicini, quales fuere Taciti aeuo. 2.) Verum enim vero, si lubet, legas haec in MARCELLINO: 3.) Cupiens angustissima omnium sede morari diutius Imperator, (Constantius) ut otio puriore frueretur et voluptate, adsiduis nunciis terrebatur, et certis, indicantibus, Sueos Raetias incursare, Quadosque Valeriam, et Sarmatas, larrocinandi peritisimum genus, superiorem Moesiam et secundam populari Pannionam. Quod si vero uno atque altero seculo post Taciti aetatem soli Hermunduri dicti fuere Sueui Romanis

F 2

ex

5.) Quod auctoribus sollemne esse, doceat superioris Intersecciónis Partis posterioris §. VIII. p. 32.

6.) Quos indicas, volunt Cluverius eiusque fidus Achates Spenerus, yterque II. cc.

7.) §. VIII.

8.) Ceu bene obseruauit Gen. Iusti von den Römis. Feldzügen in Deutschl. nota 2, ad §. 17. p. 17. seq.

9.) In quorum censu sunt Gregorius Turonensis Hist. Lib. II. Cap. II. Paullus Diaconus siue Warnefridus de Gest. Langobard. Lib. II. Cap. XV. et Lib. III. Cap. XVIII. Walafridus Strabus Vit. S. Galli Lib. I. Prolog. in

Goldasti Script. Rer. Alamann. Tom. I. Part. II. p. 233, sed editionis Senkenbergiana p. 146, seq. Geographus Rauennas Lib. III. §. 26. et Chronicon vetus Francorum ad An. 1022xxxi, in Hertii Notit. Vet. German. Pop. P. III. Cap. I. §. I.

10.) De quo iustas inuenies querimoniae paullo infra nota 12. ad §. VII.

11.) §. VII.

§. III. I. p. 610.

2.) Haec se se referunt ad ea, quae priori Sectione Intersect. I. §. III. p. 6. fuerunt prolatæ.

3.) Lib. XVI. Cap. X. p. 146.

ex sententia eiusdem Cluierii; 4.) cur non etiam haec AMMIANI ad eos respiciant? 5.) Factum id Constantio octauum et Iuliano Cæsare consulibus siue aerae Christianae anno CCCLVI. 6.)

## §. III.

Horum quoque Hermundurorum sedem intellexisse auctorem TABVLAE ITINERARIAE, 1.) quam circa annum Christi CCCLXXX. descriptam fuisse, nuper ostendi, 2.) existimat Cluierius 3.) et, qui eius vestigia in hoc itinere Germanico preslit, Spenerus, 4.) ubi vocabulum SVEVIA super Rheni ripam inter Magunciacum Argentoratumque depictum fuit, non quia Rheni ripam tunc coluerint Suevi, sed quia e regione dictorum opidorum, 5.) vltra Alemanno fuerunt, 6.) qui ea tempestate inter Moenum Danubiumque Rheni ripam coluerunt.

## §. V.

Anno CCCCI. 1.) siue ἐν τοῖς περιλαβοῦσι χρόνοις, ἔπειτα ἡδη τὴν ὑπατοῦ ἔχοντος αὐλῆν Αρκαδίου<sup>ν</sup> καὶ Περέσου, 2.) Βανδίλοις ΣΥΗΒΟΙΣ καὶ Ἀλανοῖς ἑαυτοὺς ἀναμιχάστες τεύτους ὑπερβαίντες τοὺς τόπους τοῖς ὑπέρ "Αλπεis" ἐθέτειν ἐλαυνήσαντο. Hoc memoriae prodidit ZOSIMVS.

4.) Quam in medium posui Intersect. I. Part. post. §. XI. p. 34.

5.) Ut sensit Spenerus p. 127. humani aliquid pasus, cum Caput XI. Ammiani citat, ni operarum incuria factum.

6.) Quod scias, si vel primas lineas monstratae paginae in Ammiani editione Gronouiana conspexeris.

§. III. 1.) In Velsnerianis p. 731. et 734.

2.) Sect. I. Interlect. I. §. V. p. 8.  
3.) German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. p. 609.

4.) Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. VI. §. II. p. 122.

5.) Ut legendum, quamquam iquam opidum, quot vidi, editiones exhibeant, ni hoc ex illo contractum perhibeas.

6.) Conferas Bertium Rer. Germ. Lib. I. Cap. XXIII. a Velsnero transcriptum p. 776. immo ipsum Velsnerum Rer. Aug. Vind. Lib. VI. p. 290.

§. V. 1.) Observantibus Illustrissimo Comite de Buna in Deutsh. Kaiser und Reichs-Hist. P. I. Lib. II. p. 507. Illustri Malcouio in Geschichte der Deutsh. Lib. VIII. §. XV. nota 1. et de Ludewig Vit. Justinian. M. Cap. VIII. §. 65.

2.) Quos ex Prosperi Chron. Consular. Cassiodoro Chron. p. 46. Idatius in Chron. ad an. XVII. Honorii, Isidoro in Chron. Vandalarum et Suevorum probat Relandus Fast. Consular. p. 553. consules fuisse anno, quem antea nominaui,

MVS. 3.) *Stilico enim gentes alias copiis viribusque intolerabiles, quibus nunc Galliarum Hispaniarumque prouinciae premuntur, hoc est, Alanorum, Sueorum, Vandalorum, ipsoque simul motu impulsorum Burgundionum vltro in arma sollicitatus; deterso semel Romani nominis metu fuscitauit, eas interim ripas Rheni quatere et pulsare Gallias voluit, indice OROSIO.* 4.) Is paullo post 5.) eamdem rem repetit, *Inter ea, inquiens, ante biennium Romanae irruptionis excitatae per Stiliconem gentes Alanorum, ut dixi, Sueorum, Vandalorum, multaque cum his aliae Francos proterunt, Rheenum transeunt, Gallias inuadunt, direcioneque impetu Pyrenaeum usque perueniunt, cuius obice ad tempus repulsa per circumiacentes prouincias refunduntur. Sueos autem istos esse Hermunduros, opinati sunt iam doctissimi viri.* 6.) Idemque erunt, de quibus SOZOMENVS: 7.) *Fracdis enim Constantini viribus gentes barbarae, Vandali scilicet, Sueui et Alani resumpta fiducia, angustias illas occuparunt, multasque urbes et castella Hispaniae et Galliae et tyranni et comites cepere.* Item, de quibus IOANNES MAGNVS: 8.) *Alanorum nomen hoc tempore multam in historia memoriam habet, quod Sueutis frequenter iuncti fuerint, sive cum Rhenum transirent, sive cum Gallias infestarent, sive cum Hispanias prouincias inuaderent.* Haec forte arguerent viii PTOLEMÆVM, 9.) *vt circumfertur, affirmantem, tenere occidentaliora prouinciae a septemirionibus incipientes Seuaces et Alaunos.* Cui enim, qui ista legerit, non succurrant Sueui et Alani?

## §. VI.

Tribus annis post 1.) traiciebant in Hispaniam condentes regnum

F 3

- 1.) Lib. VI. Cap. III. princ. 150ias. iam ante eodem nomine in illo venire
- 4.) Histor. Lib. VII. Cap. XXXVIII. obuiain, docebit Sect. I. Intersect. II.
- (XXVII.) Huc respexerit Hieronymus Epist. VIII. de Monogamia.
- 5.) Cap. XXXXI. (XXVIII.) §. VI. p. 14.
- 6.) Non solum Cluverius p. 609. 7.) Hist. Eccl. Lib. VIII. Cap. XII.
- et Spenerus p. 123. in nota, sed et VV. 8.) Hist. Goth. Sueon. Lib. XV.
- Ill. Masconius l. c. §. XVI. et Wied- Cap. XVIII.
- burgius de Pagiis Vet. Mistr. §. II. p. 9.) Lib. II. Cap. Xlll. a Lingenio in
- 120, seq. Nec tum demum eos sed klein. Deutsch. Schrift. P. II. N. I.
- et Spenerus p. 123. in nota, sed et VV. §. II. p. 33. sed cum vitio adlatum.
- Ill. Masconius l. c. §. XVI. et Wied- §. VI. 1.) Ut computatum in Buna-
- burgius de Pagiis Vet. Mistr. §. II. p. 9.) Lib. II. Cap. Xlll. a Lingenio in
- 120, seq. Nec tum demum eos sed klein. Deutsch. Schrift. P. II. N. I.
- et Spenerus p. 123. in nota, sed et VV. §. II. p. 33. sed cum vitio adlatum.
- Ill. Masconius l. c. §. XVI. et Wied- §. VI. 1.) Ut computatum in Buna-

regnum, quod circiter ad annum 10LXXXIII. durauit. 2.) Nominant autem eos praeter Orosium, Sozomenum et Ioannem Magnum modo 3.) in scenam productos PROSPER: 4.) Hispaniae partem maximam Sueui occupauere. IDATIVS: 5.) Alanis et Wandalis et Sueui Hispanias ingressi, et paullo post: 6.) Gallaeciam Vandali occupant et Sueui, siam in extremitate oceani maris occidua, cet. ISIDORVS: 7.) Vandali cum Alanis et Sueuis pariter Hispanias ingrediuntur. Hi pace inter se inita, sorte ad inhabitantum sibi prouinciarum diuidunt regiones. Galliciam Vandali et Sueui occupant, Alanis Lusitaniam et Cartaginensem prouincias. Et alibi: 8.) Sueui, principe Ermerico cum Alanis et Wandalis simul Spanias ingressi sunt, atque omnem Galliciam cum Wandalis occupant. Wandalis autem Africam transuentibus Galliciam soli Sueui sortiti sunt, quibus praefuit in Spaniis Ermericus annis triginta duobus. SOZOMENVS: 9.) Nam cum Constantini vires imminuis coepissent, Vandali, Sueui et Alani resuntis animis Pyrenaeum montem propere occupauerant. OROSIVS: 10.) Wallia - - Romanae securitati periculum suum obtulit, ut aduersum ceteras gentes, quae per Hispanias confeditissent, sibi pugnaret, et Romanis vinceret: quamuis et ceteri Alanorum, Vandalorum Sueorumque reges eodem nobiscum placito deacti forent, cet. GREGORIVS TVRONENSIS: 11.) Post haec Vandali a loco suo degressi, cum Gundericu rege in Gallias ruunt. Quibus valde vastatis Hispanias appetunt. Hos fecuti Sueui, id est, Alamanni 12.) Galliciam apprehendunt.

uiano Opere P. I. Lib. II. p. 524. et n. II. Lib. III. p. 831. seqq. Mascouiano Lib. VIII. §. XXX. et Addit. XXIII. p. 152. Ludewigiano §. 65.

2.) Quod ab iisdem magistris Illustrissimo Comite Lib. III. p. 830. seqq. Illustri Viro Addit. XXIII. p. 152. seqq.

3.) §. V.

4.) Ad A. XVI. Arcad. et Honor.

5.) In Chr. ad A. XV. Honorii.

6.) Ad A. XVII.

7.) Chron. de Hist. Vandal, pag. 737. seq.

8.) Chron. Sueu. 737. Ed. Grotianae, siue Goldstianae de Reb. Suecic. p. 21.

9.) Hist. Eccl. Lib. VIII. Cap. XII.

10.) Hist. Lib. VII. Cap. XXXXIII. (XXVIII.)

11.) Hist. Lib. II. Cap. II.

12.) Cuius confusionis dicam an commutationis rationes reddit Clu-  
erio German. Antiq. Lib. III. Cap.  
III. et XXVIII. Spenero Notit.  
German. Antiq. Lib. III. Cap. II.  
vt et Hertio Notit. Vet. Germ. Pop.  
P. III. Cap. I. §. I. in his scopolis hi-

dunt. MARIANA: 13.) Sueuis et Vandalorum parti Gallaecia data est latioribus quam nostra aetate finibus.

§. VII.

Iudem quoque fuerint adhuc suo tempore, id est, anno CCCCLII.  
1.) IORNANDIS. Is ait: 2.) Sic ergo cum gelatum Danubium Theodemir Gotborum rex pedestrem dicit exercitum, emensoque Danubio, Sueuis improuisus a tergo adparuit. Nam regio illa Sueuorum ab oriente Baiobaros habet, ab occidente Francos, a meridie Burgundiones, a septentrione Thuringos. 3.) Quibus Sueuis tunc iuncti Alemanni etiam aderant, ipsique Alpes erectas omnino regentes: vnde non nulla fluenta Danubium influunt, nimio cum sono vergentia. Hic ergo taliter munito loco Theodemir rex hiemis tempore Gotborum ductauit exercitum, et tam Sueuorum gentem, quam eriam Alemannorum virasque ad in vicem foederatas deuicit, vastauit et pene subegit. His subiungit ille Germaniae Antiquae enarrator: 4.) Quamvis mirus in plerisque temporum simul locorumque confusor sit Iornandes; tamen ex his fatis plane perspicitur, eam intelligi Sueuiam, quae circa Moenum posita, id est, Hermundurorum antiquam sedem. Partim sui temporis eum descripsisse Sueuiam, partim, ut erat sub Leone Imperatore, patet ex praesentis temporis verbo habet; dein ex plus quam perfecti temporis verbo tunc aderant. Thuringi Sueuis istis erant contermini a septentrione ex laeva Salae ripa, qua antea Chat-

storiae haerentibus de Ludewig Vit. Iustiniani M. Cap. VIII. §. 116. nota 624. in inseuenti Alemanno dictos fuise censens, quasi seniores, seigneurs, id est, dominos, in omnia alia ab omnibus, quo scio, descendens, quos coegit von Lingen in *Deutsc. Schrift.* P. II. N. I. §. II. p. 34. quibus iunge socios Wachterum Glosar. Germ. v. *Alamanni* p. 29. seqq. et Hertium §. II. Iuuabit tamen etiam adiisse ingens illud Germaniae nostrae eruditae fidus Illustrissimum Comitem de Bunau Hist. Germ.

Part. I. Lib. II. p. 340. seqq. et multa subodorantem Gen. Iusti §. 17. nota secunda p. 17. seq.

13.) Hist. de Reb. Hispan. Lib. V. Cap. I.

1) Si sequaris Illustrissimum Comitem de Bunau libro saepius laudato p. 565.

2.) De Reb. Goth. Cap. LV.

3.) De quibus, quae Abelii et Falkensteinii sententia, loquitur iam supra nota 3. ad §. II.

4.) German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. p. 610.

*Chatti: Franci ab occidente; inter Moenum ac Nicrum; vbi ante Alemanni: Burgundiones quondam a meridie ad Danubium; unde mox in proximam transierunt Galliam: Baiocii ab oriente, in Bavariae Palatinatu. Haec Cluueriana non legerit V. Gen. de Falkenstein, quippe qui non scripsisset, s.) Cluuerium Hermunduros et Thuringos pro vna natione habere necesse esse, quia isti Iornandis testimonio in margine adleuisset: Hermundurorum antiqua sedes. Sed ne haec quidem a manu Cluuerii, quippe quae a primis editionibus exsulant, et modo a recentiori editore de se addita sunt. Ex censura Speneri 6.) simul Sueorum regionem in iis describit, ut facile agnoscas Hermunduros nostros. Multa tamen in ea descriptione inconcinnia occurrere, partimque ad accum, quod signat, Leonis inquam et Glycerii Imperatorum, partim ad antiquius aut etiam recentius respici, neminem valde miraturum esse, qui Iornandis indebet perspexit. Iungit Iornandi Hertius 7.) WALAFRIDI STRABI 8.) verba: Igitur, quia mixti Alamannis Suei partem Germaniae ultra Danubium partem Retiae inter Alpes et Hisprium, partemque Galliae circa Ararim obfederunt, antiquorum vocabulorum veritate seruata, ab incolis nomen patriae deriuemus, et Alamanniam vel Sueiam 9.) nominemus. Ego vero adiecerim ex MARTINO POLONO haec: 10.) Hoc tempore Carolus pater Pipini, maior domus Franciae, Saxones debellat:*

nec

5.) Antiq. et Memorab. Nordgau.  
Vet. P. I. Cap. I. §. IIII. nota  
(q) p. 7.

6.) Notit. German. Antiq. Lib. V.  
Cap. VI. §. II. p. 121.

7.) Notit. Vet. Germ. Popul. P. III.  
Cap. I. §. III.

8.) Apud Goldastum Script. Rer.  
Alamann. Tom. I. P. II. p. 147. su-  
pra nota 9. ad §. II. indicatum.

9.) Quod nomen post ea magis  
magisque ab illo absorptum fuisse ac  
Sueiam sub Alemannia comprehen-  
sas, pluribus exposuit illud Ar-  
gentorati Alemanniae capititis Decus

Schoepfelinus Commentatione hi-  
storica elegantissima de Alemanni-  
cis Antiquitatibus. Nec minus in-  
uat legere Illustris Goettingensem  
Koeleri Fata Ducatus Alemanniae et  
Sueiae §. I. seqq. post Hertium Not-  
tit. Vet. Germ. Popul. P. III. Cap. I.  
et Brechenmacheri Notitiam Sueiae  
Antiqueae. Addas Laurentii V. I. C.  
Abhandl. von den Kriegsgerichten  
der alten Deutschen Sech. II. §. 3.  
p. 65.

10.) Ad A. 718. seqq. quae tamen  
in Schilteri Script. Rer. Germ. frustra  
quaesueris,

nec non Rheni transiens fluum, Alemannos et Sueuos atque Barbaros perlustrat. Doctiss. Christius ad ea commentatur sic: 11.) *Quam interdite? quasi non iidem essent Alemanni et Suevi, rō Barbari autem Martinus fortassis hauisit e glossatio nostro, legitique, Barbari, vbi legendum erat, Baioarii. Nisi pro Barbari, emendandum sit, Bauari. Ut idem alio de re eadem loco, pag. m. 135. versu 45. ad a. 750. Ea vero haec 12.) sunt: Deuicit Lanfridum Alemannorum Ducem, et Alemanniam fecit sibi vicitabilem. Sueuos quoque et Bauaros debellat, et Eudonem Ducem Aquitanie: et sic sibi tandem Aquitaniam Burgundianque subiecit. Quae si ad ista IORNANDIS componam, tantum abest, vt quidquam in iis desiderem, vt potius iis subscriptam, quippe quod Alemanni et Suevi non tam iure suo iidem, quam ab auctoribus confutati, vt paullo ante 13.) videas. In hoc tamen adfenserim Cel. Viro, priori loco ex hoc posteriori Bauaros suos reddenti, ni ita interpretandus, vt nuper 14.) omnem barbariam pro reliquis Germaniae populis positam demonstravi. Imo forte nec Bauari nec Barbari a MARTINO. Quid si ex scriptura IORNANDIS Baiobari, quod sciolus cum Barbari permutauit?*

## §. VIII.

Dicti autem iidem a quibusdam Suaui. 1.) Sic Procopio: 2.) Ταῦ δὲ Θερίγγων Βουλγαρίων 3.) οὐ πολλῷ ἀπόθεν πρὸς νότον ἀνεμον τετραμένοι ὄντεν. ΣΩΤΑΒΟΙ τε ὑπὸ Θερίγγων καὶ Ἀλαμανοὶ, ισχυροὶ ἔθνη. Sic Warnefrido: 4.) *Iste ex Suauorum, hoc est, Alemannorum 5.) gente oriundus. Sic eidem ante: 6.) Inter hanc (Liguriam) et Suauiam, hoc est Alemannorum 7.) parriam, quae versus septentrionem est posita, duae prouinciae, id est, Rhaetia prima*

G et

11.) In Noct. Academ. Specim. III. German. Vet. Pop. P. III. Cap. I. §. I. Obs. XV. p. 203.

12.) In Schilterianis ad a. 742. pag. 360.

13.) Nota 12, ad §. VI.

14.) Sect. I. Inters. II. §. VI. p. 14. Clue-

rio Germ. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. p. 611. Hertio Notit,

2.) 150. Γεθ. Lib. I.

3.) De qua Procopii lectione Her-

tius I. c. Cap. VI. §. I.

4.) De Gelf. Langobard. Lib. III.

Cap. XVIII.

5.) Regredere ad notam 12, §. VI.

6.) Lib. II. Cap. XV.

7.) Respice notam 5.



*et secunda inter Alpes consistunt. Sic Rauennati Geographo: 8.) Propinqua ipsius Thuringiae adscribitur Suauorum, quae et Alemanorum 9.) patria. Sic Chronico Francorum: 10.) Primogenito suo Carolomanno nomine Auster et Suauiam, quae nunc Alamannia 11.) dicitur, et Thuringiam tradidit. Cum quibus tamen Iornandis 12.) Sueuos non esse confundendos ad Sauum accolat, ex Valesio 13.) obportune monuit Hertius. 14.)*

Fuerintne autem haec impedimento vasa iam colligentibus tribus de grege nostra bonae indolis probisque moribus adolescentibus? Immo potius fecerint expeditum iter huic trigae, quae, vt per vniuersum terrarum orbem, ita cum maxime in Latium Graeciamque, immo, quae primo loco nominanda, quid enim turpius hospite patrii foli vel feris dulcisimi, in Germaniam omnis aeuī nos sponte sua est secuta promtissime. Cuius humanioris fores non paterent his, qui numquam monitoribus suis fuerunt asperi, nec disciplinam deseruerunt, quin potius bona superiorum pace hinc soluant secus, ac subinde nobis contigit, cum effractis carceribus perfractisque repagulis ad instar equorum effrenorum, qua data porta, in licentiam non libertatem academicam ruunt sero sapientes? Redeat hinc prior Chrysoftomus, secundus Vlpianus, tertius Hippocrates, quo iam ibi recepto honoris ordine vela sua committent ventis, quod faxit Deus, secundis, posteriores Philureiam, prior Salinam de flore duorum seculorum secularia sacra meditantem.

GEORGIVS WILHELMVS KISPERT naetus est patrem V. Pl. Reu. Ioannem Georgium rei sacrae faciundae Adentissimum Ruggendorfii Franconiae, post aliquanto Presēcae non multum ab isto distantis vici S. R. I. Comiti Illustrissimo de Rinek parentis, cuius in se propensissimae gratiae grates tanto Mæcenati dignas vt filiorum suorum par aliquando referrent, nullis sumtibus pēpercit, quin a puero bene formaret, qua de causa illud Curiae nostrae, vnde oriundum, hac tenus aluit libera-

8.) Geograph. Lib. IIII. §. 26.

12.) De Reb. Goth. Cap. LIII.

9.) Recurre ad notam 9. §. VII.

13.) Rer. Francic. Lib. III. ad Ann. ccccxxxviii.

10.) Ad A. 10ccxxxvi.

14.) Notit. Vet. German. Pop. P.


III. Cap. I. §. II.

beraliter. Tredecim anni effluxerunt, cum illum natu maiorem ad gymnasium a matre auitum deduceret, et sex annis post non nisi per triennium in Culmbacensi schola absentem denuo reduceret. Communi omnium suorum praceptorum suffragio pertinaciter certauit cum natura. Quatuor fere abhinc annis in superius auditorium delatus pro rostris scholasticis, quem se olim pro sacris praebitus sit, se gesit oratorem. Anno huius, quod agimus, seculi LI, in Martinalibus *de Pontifice Romano seruorum seruo se scribente lingua Romana*. Anno LII, dixit Germanice de *feminarum insignioribus in rem publicam meritis vota pro SERENISSIMA patriae MATRE nunupandi ergo*. Anno hoc LIII, id officium praefstitit denuo et HVIC eadem lingua *in EADEM mulieres fama celebres laude dignissimas monstrans, et EIVS CONIVGÌ SERENISSIMO ÈIVSDEM viarum publicarum curam Latine celebrans, plane conuictus, vsum facere artificem, scholamque esse palaestram, qua tirones impune periculum faciant, quid valeant humeri, quid ferre recusent. Iam reddet rationes a se ipso petitas, cur diuinarum rerum studioſo non sit festinandum ex gymnasio in academiam oratione Latina pedeftri.*

IOANNES CHRISTIANVS SEEBERGER ante octoginta annos et quinque menses athenaeo patrio commendatus a Viro Nobilissimo Ioanne Wolfgango, Serenissimo Principi a recipiendo de ciuitate Curienſi tributo, vrbis Consule et aerarii facri Quaestore Dexterrimo. Is hunc suum vnicum filium ardentissime diligit, non vt blanda indulgentia, qui mos est corrupti seculi, segnem faceret, sed vt sponte currenti adderet calcaria, quo optimo parente dignus euadat. Dicto igitur eius audiens adolescens numquam altius euolauit, quam censoribus aequis visum fuit. Per quatuor fere annos, quibus primi ordinis ciuis fuit, audie sectatus est quascumque occasiones, quibus imbibaret bonas artes. Loquantur actus publici. In Martinalibus anni CIOICCL, *Iulianus apostata laudatisimis principibus a Cunaco iniuste adnumeratus ore Latino*. In Nataliciis CELSSIMMAE PRINCIPIS FRIDERICAE SOPHIAE WILHELMINAE anni CIOICCL, *commoda iustae feminarum educationis ore Gallico*. Nuper in anniuersariis gymnaſii inau-

G 2


gurati



gurati beneficium vilius aestimatum plerisque Curiensum Curianus ludus literarius cum voto pro eius perenitate carmine vernacula. Iam oratione Teutonica praelibabit quaedam ex Themidos penetralibus *vsum auctorum clasfcorum in iure ciuili monstraturus*, vt constet, ista haud illotis, quod aint, manibus pedibusque accedere, qui Latii Atticaeque veneres plerisque eius generis hominibus fordentes adamauit.

**C**HRISTIANVS FRIDERICVS SEELIG fuit Eibenstocae oppiduli Misniae metallifodinis celebratae, variorum metallorum ditis natus, vbi Parenz V. Praenobilissimus et Eruditissimus Ioannes Christianus, Medicinae Licentiatus Experientissimus, artem salutarem tum exercebat, inde autem ex Aereomontio nostro per adiacentem Bohemiam, Palatinatum superiorem et sex praefecturas FRIDERICO nobis INDVLGENTISSIMO subiectas omnium bonorum adplausu. Hinc factum, vt ex se ipse aestimans, quantum liberales artes viam sternant ad Hygeae penu, duos priores natu filios nobis educandos formandosque tradaret, nec parceret aeri, quod non sine vigiliis caelique iniuriis subinde adquirit. Maiori egregiae animi dotes fecus ac multis per quadriennium, quo Musis Albertinis litauit, pro incitamento fuerunt quid libet audiendi persuaso, nihil esse linguarum, artium atque disciplinarum, quod non recluderet Aesculapii adyta. Pro documento fuerunt tribus fere annis, quot eum in subselliis superioris auditorii conspeximus, bina publica documenta, vnum carmen Mantuanum, quo anno 1553, recenti ex ALBERTI BELLATORIS BRANDENBURGICI castris ad FRIDERICVM suum auditores ciebat, alterum oratio Tulliana, qua nuper in follemnibus nataliciis MATRIS patriae CELSISIMAE ex EIVSDEM castitateq; insigni laudem castis feminis vindicabat. Qui lege scholastica tertium poscit, habebit carmen Graecum, Medicum, quo litterarum humanarum peritiorem, eo in indaganda natura sagaciorem adumbrans, quo in finum auunculi sui Celeberrimi Tillingii Medicinae Doctoris apud Lipsienses Versatissimi configuit.

Quos ego rite dimittam, post quam idiographis plus centum ad Andream Athamerum datis epistolis eius vitam atque indefessum de Taciti Germania bene merendū studium monstrauero.



Yb 4473

KD 18

ULB Halle  
006 302 904

3



2c





88

**CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
HERMVNDVRORVM**

**COGNOMINANDAM  
DISSERIT. V**

---

VT. AD  
 AVDIENDOS. BENEVOLE  
 D. XXV. SEPTEMB. CCCCCLXII.  
 H. L. Q. C

**IN. ILLVSTRI. CVRIANO  
TRES. EIVS. CIVES  
AD. TOTIDEM. STVDIORVM. GENERA  
QVAE. VVLGO. POTIORA  
IN. ACADEMIAS  
BONA. PACE. ABITVROS  
CVRIAEC. PROCERES. CIVES. Q**

RITE. INVITET  
 EIVSDEM. RECTOR

**PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS**

A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIIS

---

**CVRIAEC. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP.**